



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Victorii Explicationes suarum in Catonem,  
Varronem, Columellam Castigationum**

**Vettori, Pietro**

**Lvgdvni, 1542**

Ex Hortvlo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12981**

## EX HORTVLO.

**N**E grauis hausturis tendentibus. Nicolaus Leonicus, magnæ eruditionis homo, hunc locum mendosum esse existinavit, & pro Tendentibus, Celonibus legi debere credidit. Iudicium autē suūm de hac re fecit in cōmentarijs ēs μηχανik Aristotleis. Ipse manuscriptos libros cum excusis cōsentire inueni, nec uitium ullum receperam lectionem habere puto. Docti tamen uiri de hoc statuerunt: nam quod idem ita etiā locum Plinij ē x i x. libro cap. 1111. corrigi debere putat, aliter illum emendatum esse existimo. In excusis libris sic legitur, Pertica, organisq; pneumaticis tollendo nō hausto rigando: in antiquis uero ita scriptum est, ut tutò emēdari posse opinor, Tollē nonum haustu rigandos: est enim Tollēnon, ut Sex. Pompeius docet, genus machinæ quo trahitur aqua: quare cum Latini scriptores uernacula uocem haberēt, quæ id ap̄positè significaret, nescio cur externa uti debuerint.

Iamq; salutari properet lactuca sopore. Olim excusi omnes sapore mendozae, ut patet. Quis enim tam impertitus harum rerum, ut non uideat sopore legendum esse?

Quas educat aluus. Ita castigauit: appellauit autem hic Columella cæcas colubras, uentris lumbricos, non angues: ne quis autem falleretur, aperuit quas colubras intelligeret. Dioscorides etiā nasturtium pellere ipsos tradidit. Aluos, pro Aluus, scriptum erat: ut equos, auos, s̄æpe in uetus monumentis nominandi casu.

## E LIBRO XII.

**N**Ardum Gallicum, costum, palma. Olim in excusis, Crocum: manu scripti, Cortum, Costum, coniectura ē ueteribus uestigijs emendaui.

Qua